

DE COMET. SIGNIFIC.

177

malorum efficiens caussa ponenda est: Bochnæ decem ab hinc diebus, ut ad me scribitur, mulier quædam infantem dum lauat, auditio extra domū alterius sui filiolī fletu, accurrit propere, iacentem puerum offendit. is in cultellū, quem manu gerebat, incubuerat, seçp ipse missellus transfixerat. mater dolore amēs, recurrit ad infantē in alveolo relictū, hūc quoq submersum reperit. supueniēs maritus, impotens sui, uxorem corripit, uerberibusq enecat. Quid multa: triū miserorū obitu conspecto, sceleris conscientia, & charissimorum pignorū cōmiseratione furens infelix pater laqueum collo induit. Orem miserabilem. Cracouiæ sub idem tempus infelix item adolescens quidam hospitis sui uxorem, filiolam item & ancillam, nocte intempesta, obtruncat: pecuniā, torques, & quæ potest, aufert, absente marito: qui discedens peregre, istius fidei omnia commendauerat. Hoc tam immani scelere cognito, quæritur, tandem comprehenditur homo perditus & in carcerem cōiicitur. Quid multa: uiuus ustulatur, forcipibus prius cendentibus uarie laceratus, & cultro longis per dorsum uulneribus à carnifice conscius. Num tot prodigiosorum funerū, tanti huius sceleris, supplicij tam horrendi, cauſas ad cometen referemus: an etiam horum atq aliorum scelerū, quæ ex multis pauca strictim attigimus? Cometen causam dicent, & ubi hoc affirmauerint, pietatis tamē christianæ propugnatores se profiteri audebunt: Quid obstat igitur; quin hæc mala necessariò & in euītabili lege euēnire palam fateantur, id quod ex eorum conclusiunculis efficitur? Atque hæc quidem nuper admodū euēnerunt. Quæ cum hucusque scripsisset, ecce tibi tertia noctis hora clamores sursum deorsumq cursitantium ministrorum meorū ac strepitus repente exaudio, abiūcio calamum, exilio: omnes extinguendo incendio occupatos offendō, quod s. nsim ex coquinæ camino eruperat. Insanus sim profecto, si cometen accusem, nō co-

IV 2 qui